



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XVI. Obnoxio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

## XVI. OBNOXIATIO.

**D**omino fratri illi, ille. Omnibus nō habetur incognitum, qualiter grauis necessitas & infirmitas pessima me oppresserunt, & minimè habeo vnde viuere, vel vestiri debeam. Propterea ad petitionem meam mihi non denegasti, nisi vt in summa necessitate mea argētum vel .... acto tuum valens solidos tot, in manu mea mihi dedisti, & ego minimè habeo vnde ipsos solidos tuos tibi reddere debeam. Propterea obnoxiationem de capite ingenuitatis meæ in te fieri, & adfirmare rogavi: vt quicquid de mancipio tuo, originali vestro, facitis, tam vendendi, commutandi & disciplinam imponendi, ita & de me ab hodierna die liberam, & firmissimam in omnibus potestatem faciendi habeas. Si quis verò, quod nec fieri

credo, si ego ipse, aut vllus de heredibus meis, vel quælibet opposita persona, quæ contra obnoxiationem istam venire conauerit, inferat tibi, vna cum socio fisco auri vncias tantas, & præsens obnoxio firma permaneat, cum stipulatione subnixâ. Actum illo.

XVII. COMMVTATIO  
*de terris.*

**I**Nter quos charitas inlibata permanferit, pars pari suo oportuna & congrua beneficia non denegat. Ideo auxiliâte Domino nostro placuit, atque conuenit inter illum, & illum, de commutandis terris eorum, vt pro communi oportunitate inter se commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit ille de parte sua ad partem ipsius illius, terram proprietatis suæ, in pago illo, in loco qui dicitur ille, habet in longo